


August Varenius Joachim Lindemann

Collegii Theologici Controversiarum inter Ecclesias A. Conf. Invariatae, & praecipuas huius seculi sectas Synoptici Disputatio III. De Deutero-Canonico, Et Authentico Biblico Quam Divino Numine propitio Venerandae Facult. Theologicae consensu, Praeside Augusto Varenio, S. S. Theol. D. Coll. Theol. Seniore, & p. t. Decan[o,] D. XIX. Ian. An. tu Soteris cl Ic LXXXIV. In Novo Auditorio Maiori horis inde ab 8. matut. Publicae Collationi Academicae submittet Joachimus Lindeman/ Rost.

Rostochii: Weplingius, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736014322>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1684

Varenius, Aug. *lc*

COLLEGII THEOLOGICI
Controversiarum inter Ecclesias A. Conf.
Invariatae, & præcipuas hujusæculi sectas

3

Synoptici

DISPUTATIO III.

DE

DEUTEROCANONICO.

109

ET

AUTHENTICO
BIBLICO

QUAM

Divino Numine propitio

Venerandæ Facult. Theologicæ consensu

PRÆSIDE

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

AUGUSTO VARENIO,

S. S. Theol. D. Coll. Theol. Seniore, & p. r. Decano

D. XIX. Jan. An. 5259, C12 126 LXXXIV.

In novo AUDITORIO MAJORI horis inde
ab 8 matur.

Publica Collationi Academica submittes

Lindemann

JOACHIMUS LINDEMANN / Rost.

ROSTOCHII,

LITERIS JOHANNIS WESPLINGI, UNIV. TYPOGR.

1684

M. M. Mantzel.

V I R O
NOBILISSIMO pariter atq; STRENUO
DOMINO
NICOLAO

AB

Hünemörder/

In Gienstorff & Ullferstorff / &c. Hæreditario
Stipendiatorum Poleanorum Ephoro
Spectatissimo,

PATRONO, EAUTORI, EVERGETÆ
indefinito affectu prosequendo,

PRÆSENTEM DISPUTATIONEM

*Nunquam intermorituri Obsequii
monumentum,*

Ea qua par est observantia
D. D. D.

R E S P O N D E N S.

Ad Praecellentem Juvenem
DN. JOACHIMUM LINDEMANN/ Rostock.
S. S. Theol. Cultorem florentissimum.

DE
N.T. CANONICO & AUTHENTICO
Publicè RESPONDENTEM



Loria quæ Canonis, Scriptura authentica
quæ sit

Jam dudum constat, duleis Amice, Tibi
Nunc sedet è cathedra CANONIS defendere
jura,

Et famæ in patriis pandere signa Rosis,
Lilia quid lolius, quid distent æralupiniis,
Quàm præstent paleis pingvia farra macris,
Quàm cælum terris, vanis divina caducis,
Fons purus rivi sordidioris aqvis,
Exemplo insigni Cathedræ de ponte probabis,
Nominis & promes ingeniiqve decus
Ut, quamvis jam clarus Avo, Mystaqve Parente
Per studium sacrum clarior esse queas.

AUGUSTUS VARENIUS, D.

Quæ sacri partes sunt codicis, ecce docere
Q Lindemanne paras, quis fideiq, canon,
Certas perpetuò nobis ut regula constet,
Dispicias, ut recti certa figura fiet
Perge, precor, canonis sic asserere jura, vicissim
Te Domino, atque tuas asseret ipse vias,

*Cl. Dn. Respondenti paternæ virtutis emulo
filio probatam jam sæpius publicè eruditi-
onem denuo pro cathedrâ ostendenti gratul-*

J. C. SCHOMERUS, D.

T Angere vota DEUM si quis dubitaverit illum
 Eventus doceat tangere vota, DEUM.
MULLERUS quondam (si recte audita recordor
 Voverat è calido pectore vota Tibi!
 Dumque patris nomen moerens in funere laudat
 Has divini loqvo fuderat ore preces,
 Alme DEUS fac in Puero *Genitoris*, imago
 Luceat atque duplex Spiritus in fit ei!
 Hæque preces tetigerè DEUM, nunc *Præside Magno*
VARENIO: Ingenium Svavis Amice Probas,
 Macte animo: surgas & *Avo* similisque Parenti
 Hoc precor & voveo: Fac rata vota DEUS;
M. JOACH. ERNESTUS HELWIGIUS,
 Pastor & Synodi Neo-Cald. ae Dargu-
 nensis Præpositus.

M Agnus *Avis*, clarusq, *Parentis* facundus uterq,
 Nobilis ex *Illis* natus, spes magna *Tuorum*;
 Conscendis cathedram virtutum semina spargens.
 Hinc *Witteberga* Tibi *sophiam* meditatur honores
 sed *Rosa* *Nostra* dabit, quos *Witteberga* paravit.
 Fiat at ex voto, *Euge* meum **FELICITER** addc.

Ita Clariss. Dn. Joachimo Lindemanno,
 per dilecto suo Amico applaudit
M. JOHANNES JUSTUS Mohr.

In cathedra causas sectarum solvis, amice,
 Distinctique sacri jura doces *Canonis*.
 Cuncta fluant, voveo, votis fatisque secundis
 Numinis in laudes, atque decus Patriæ.

*Paucis hisce amico suo estimatissimo jucundissimoqve propere
 rando crebra gratulari voluit*

JOHANNES PETRUS KONOW,
 Ræceb. Saxo.

THESIS I.
 DE
DEUTERO-CANONICO ET CANONICIS
N. T. SCRIPTURIS.

§. I.

OMnes libri N. Test. ut exstant in accurato Biblico, propriè Græco, codice, continent *revelationem divinam veritatis infallibilis*, & sic, *quoad seipfos*, semper fuerunt, sunt & erunt, non solum sacri divini: sed & fidei vitæq; Canonici, (α) qui, si respectu actus cognoscendi, quò, salva Canonica Majestate & hujus *cognoscibilitate*, quidam *semper actu cogniti* Canonici sunt, quidam non, distinguantur in: *Proto-Canonicos & Deutero-Canonicos* (β) hi, vel horum pericopæ non dandi erant in Canone Veteris: sed *novi saltem Testamenti*, nec *Deutero-Canonici* in hoc, in pari ordine collocandi erant, cum suppositis, non autem legitimatis *Deutero-Canonicis*, sive *secundi Ordinis Canonicis* V. T. (γ) nedum horum fides resolvenda in *decretum Tridentinum*, (δ) ac si de iisdem libris, de quibus antea dubitare vel illis fidem Canonici derogare fuerit liberum, de illis tale quid, post decretum illud Synodicum, pronunciare vel dubitare, fuerit & sit hæreticum.

§. 2. Probatur quâ (α) Rom. 2. 16. Joh. 20. 31. 1. Tim. 3. 14. Luc. 1. 3. Act. 1. 2. 1. Joh. 1. 4. c. 2. 12. 13. 14. 1. Joh. 5. 13. 3. Joh. 9. 12. Jud. 3. Apoc. 19. 1. 3. 19. c. 22. 18. 19. quâ (β) Epistola ad Hebræos 2. Petr. 2. & 3. Johannis, Epistola Jacobi, Judæ, Apocalypsis, Marc. c. 16 à vers. 9. ad usque finem. Luc. 22. 44. 45. Joh. 8. ad usq; v. 12. 1. Joh. 5. 7. quâ (γ) Jer. 15. 19. c. 23. 27. 28. 29. 1. Joh. 4. 1. (δ) Jer. c. 7. 3. 4. c. 8. 8. 9. c. 18. 18. Rom. 2. 18. 2. Thef. 2. 2. c. 3. 17.

§. 3. Contra Pontificios, ex quibus Sixtus Senens. in Biblioth. S. l. 1. p. 24. & 29. *Scriptores*, inquit, *Deutero-canonicis librorum, tam V. quàm N. T. qui in secundo ejusdem ordinis Canone collocantur, sunt (præter Esther, ratione supplementi) Tobias, Judith, Baruch, Epistola*

A

Jere.

Jeremie, Sapientia Salomonis, Sapientia Simch, sive Ecclesiasticus, Omtio Azaria, Hymnus trium puerorum, Susanna, Draconis & Beli historia, Maccabeorum duo 1. & 2. Ex Scripturis autem N.T. Marci & ult. Luc. 12. 43. 44. 45. historia de sudore Christi sanguineo & Angelicâ ad ipsum consolatione, Johannis Historia de adultera c. 8. ad usq. v. 12. Pauli Epistola ad Hebræos, Jacobi Epistola, 2. & 3. Petri, Job, Judas una, Apocalypsis. Eodem fere modo recenset Bellarm. l. de V.D.c. 4. allegatâ autoritate Ecclesiæ s. Decreti Concil. Tridentini vid. c. 7. c. 8. seq. Ita Costerus in Enchirid. de S. S. ad Objectionem: Olim à plerisq. dubitatum fuit de nonnullis Scripturæ libris, de Epist. ad Hebræos, de 2. Petri, de posterioribus Capitibus Danielis, &c. Non sunt igitur hæreseos crimine condemnandi, quicquidem nunc, vel rejiciunt, vel in dubium vocant. Resp. Neg. Conseq. Quamvis enim nihil fidei contrarium sentiant, qui de re nondum explicatâ, diversam ab aliis opinionem tuerentur, nulli tamen licet, citra notam hæreseos, in dubium revocare rem semel, ab Ecclesiâ, sc. per Concilium Tridentinû, manifestè declaratam, & receptam. Itaq. postquàm ab Ecclesiâ explicatum est, etiam illos libros in Sacris esse habendos, qui apud nonnullos in dubium venerant, nulli amplius est fas dubitare, quandoquidem ab eadem Ecclesiâ fidem autoritatemq. accipiunt, quæ reliquos libros in Sacris numeravit. Ergò, simul atq. publicè proponuntur, sine ulla recusatione in divinatorum librorum numerum ab omnibus colendo sunt & veniendi.

§. 4. Non agnovit in V. T. libris Deutero-Canonicos tales Hieronymus: sed quos in Canone Hebræo non invenit, Apocryphis, vel Hagiographis extra Canonem positos accensuit, & tamen, mirificè post Sixtum V. à Clemente VIII. commendatus, id impetravit, ut in editione Clementinâ, ubique ferè libris biblicis præmitteretur Hieronymi prologus, ut sic in eadem Vulgatâ Latinâ Pontificiis authenticâ, & Decretum extaret Tridentinum à Pio IV. confirmatum, & contradictorium huic judicium Hieronymi, ab Universali Ecclesiâ approbatum, &c. In Prologo Galeato: Hic, inquit, Prologus, Scripturarum quasi Galeatum principium est, ut scire valeamus, quicquid extra hos libros, quos ex Hebræo vertimus, est (e. c. librum Sap. Ecclesiasticum, Judith, Tobiam) inter Apocrypha esse ponendum, quomodo & ibidem in præmissâ Epistolâ ad Paulinum, solos recenset V. T. Canonicos qui sunt in Canone Hebræo. Ita in libr. Esther. Librum, inquit, Esther de Archivis Hebræorum relevans; Verbum è Verbo expressis mansuli, quem librum Editio Vulgata lacinosè hinc inde Verborum suis incribit. Ita in

Pref.

omnes virtutes continentur

Præfat. Libri Proverb. Ferrus, inquit, & Panaretus Jusu Sirach & alius Pseudepigraphus, qui Sapiencia Salomonis inscriptus, qui apud Hebræos nusquam est, & ipse stylus Græcam eloquentiam redolet. Nonnulli Scriptorum Veterum hunc esse Judæi Philonis affirmant. Sicut ergo Judith & Tobia & Maccabæorum libros legit quidem Ecclesia: sed eos INTER CANONICAS SCRIPTURAS non accipit: sic & hæc duo Volumina legit ad adificationem plebis, non ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Ita in Prologo Danielis Apud Hebræos, inquit, neq; Susanna habetur historia, nec hymnum trium puerorum, nec Belis, nec Draconis fabula, quas nos, quia in toto orbe disperse sunt, veru anteposito & jugulante subjecimus, ne videremur apud imperitos magnam partem Voluminis detruncasse.

§. 5. Præter magnam turmam Patrum veteris Ecclesiæ, contra illam extensionem Canonis V. T. militantium (vid. supr.) & nullum in Scripturis V. T. Deutero Canonicum tale admittentium, possit Hieronymum, sec. 6. plene descripsit, sui temporis, vel tunc agnitum Canonem V. T. imo & Novi, citra ullam mentionem aliorum Deutero Canonicorum, Leontius Bizantius (vid. in schol. de sect. tom. 4. Bibl. Patrum p. 95., numerans V. T. libros non nisi XXII. & ex his 12. Historicos sc. post. 5. libros Moysi 6. Jos. 7. Judicum 8. lib. Ruth. 9. libros Samuelis, 10. libros Reg. 11. libros Chronicorum 12. utrumque librum Esræ. V. Propheticos sc. 13. Jes. 14. Jer. 15. Ezech. 16. Danielem, 17. librum τῶν δώδεκα Prophetarum, V. pariter morales sc. præcepta continentis morum sc. 18. lib. Jobi, 19. 20. 21. Salam. Prov. Eccles. Cant. 22. Liber Psalmorum. Scripturæ autem N. T. libros non nisi 6. quos hoc ordine numerat (1) Mattheu & Marcu (2) Lucã & Johannẽ. (3) Actus Apostoloru (4) Epist. CATHOLICAS VII. (5) XIV. Epist. Pauli (6) Apocalyps.

§. 6. Secuti eandem, pro quâ candidis velis signum explicuit, & nunc quoque in vulgatâ latinâ posthumus, non obstante contradictorio in illâ, judicio Pii IV. explicat Hieronymus, sententiam Veteris Ecclesiæ post Concil. Carthaginense III. præter Leontium, secuti sunt Hugo de S. Victore (in prol. l. 1. de Sacr. c. 7.) Hugo de S. Caro, Liranus in c. 1. El. 2. & præf. in Tobiam, Richardus, imo post concilium Florentinum, Antoninus, Florentinus Archi-Episcopus, Dionys. Carthus. Tostatus Abulensis Episcopus, Thomas de Vio, Card. Cajetanus, ejus in præf. in Josuam ad Clement. VII. hæc sunt verba. Divino Hieronymo Univerſa Ecclesia plurimum debet, propter discretos ab eodem Canonicos à non Canonicis. Liberavit siquidem nos ab Hæ-

*braeorum opprobrio, quod fingamus nobis antiqui Canonis libros aut
librorum partes, quibus ipsi penitus carent.*

§. 7. Ita post decretum Tridentinum Bened. Arias Montanus
in Bibl. Hebr. interlin. approbatus à Lovaniens. Theolog. de illis
Pseudo-canonicis Pontificiorum e. c. lib. *Sap. Tob. Judith. Maccab.
& similibus* loquens: *Ecclesia*, inquit, *orthodoxa Hebraeum Canonem
secuta hos inter Apocryphos recenset* Conf. quoque Bell. l. 1. de V. D.
c. 7. ubi aperte fatetur, non defuisse, qui Hieronymum secuti, 7. postre-
mâ capita lib. *Esther*, quod in Hebraicis textibus non habeantur, e-
jus libri vera membra esse negaverint, & tanquam adulterina atque
aliena à reliquo corpore refecanda putarint, & tales non modò ante,
verùm etiam post concilium. *Trid.* extitisse, ut adeo, ne ipsum quidem
decretum Tridentinum, animis multorum ceteroqui Pontificiorum exi-
mere potuerit sententiam veterum de libris illis, non (Deutero) *Can-
onicis*: sed *Apocryphis*. Per illam adeo comparisonem & collationem
illorum librorum N. T. cum *Canonicis, secundi*, quos sic vocant, *Ordi-
nis librorum V. T.* velut Hieronymi & *Ecclesiae orthodoxae* iudicio, non
strictè & propriè *Canonicis fidei*: sed *Apocryphis*, tantum abest, ut illi
extra Hebraeum Canonem positi, vel huic sub anathemate à Triden-
tinis appositi, fiant *Deutero Canonici*, ut potius, per comparisonem
talem iniquam præjudicetur libris quibusdam (& partibus) N. T. &
hi, dum in pari ordine collocantur, cum reverâ. *Apocryphis V. T.* pa-
riter fiant vel censeantur *Apocryphi*, & adeo, quam de quibusdam li-
bris N. T. in nostris, superioris præcipuè seculi, censuram, velut iniquio-
rem (quâ tamen longè duriorum & in particulari Patrologiâ reperire
licet, & in ipsis quibusdam Dd. Pontificiis) improbant, illam indire-
ctè ipsi incurrant.

§. 8. Cumq; sententia illa Hieronymi & aliorum Veterum de
refecandis à Canone V. Test. libris & capitibus Apocryphis, fuerit iusta,
non potuit non contradictoria decreti *Tridentini* sententia esse ini-
qua & iniusta, neque adeo illa: sed hæc fieri *heretica*, & in iudicio
contradictorio, *veteris Ecclesiae & hodierna Pontificia*, illius potius ju-
dicio erat standum, quam propter autoritatem Synodi *Tridentinae*, ve-
lut aperte erroneæ, illud quod iustum erat, retractandum, & in *Triden-
tinas partes* abeundum, imprimis cum, agnoscente Bellarm. l. alleg.
*non solum ante decretum Tridentinum: sed & post hoc, non defuerint
ex ipsis Dd. Pontificijs: qui frustra habito. anathemate Tridentino, Hie-
ronymiano sententia de S. Scriptura V. T. libris ad stipulari maluerint,*
quàm

quàm Tridentinæ, vid. sup. §. 4. & Aug. olim agnoverit e. c. *Ecclesiastico de Samuele, quod etiam mortuus, Sauli prophetaverit, ex Hebræorum, quia in eo non sit, Canone contradicere posse.* Vid. L. de Curâ pro mort. gerend. c. 1. c. 15. l. 2. de D. C. c. 8. c. 23.

§. 9. Probamus de cetero, simile Costeri de libris N. T. Deuterocanonicos quos vocant: *Quemadmodum nummus aureus, quibusdam initio suspectus, velut adulterinus, si postea aurifabri periti statim examinatus, & à Magistratu approbatus, ab omni populo recipiatur, non minoris est pretii, quàm ceteri nummi aurei, qui talem suspicionem nunquam vulerunt:* Applicetur illud ad causam præsentem & illos Deuterocanonicos. Libri illi, quoad seipso, instar nummi aurei habuerunt, & æquè aurum fuerunt ac ceteri: sed non ita semper, ubique & ab omnibus Catholicis agniti, velut revera Aurei sive Canonici. *Epistolam ad Hebræos* Latinorum Patrum multi & Pauli esse negarunt, & Canonicam. *Ecclesiarum Orientalium* autoritas autem utrumque recepit sc. & Canonicam esse & Pauli (vid. Synops. Athanas. & Orig. hom. 7. in Luc. c. 10. & alii) unde August. l. 1. cont. Pelag. *Epistola*, inquit, ad Hebræos, *quanquam nonnullis incerta sit, tamen magis me movet autoritas Orientalium Ecclesiarum, quæ hanc etiam in Canonicis habent.* Sive autem tantum Hebraicè, sive etiam Græcè à Paulo scripta fuerit, tam authenticus fuerit hic textus Græcus, quàm Hebræus, imò magis hoc, ille (idem Judicium de Evang. Matthæi.)

§. 10. Ex septem *Epistolis Catholicis*, abstractis indubitatis, semper & ubique (sc. 1. *Epistola Petri*, & 1. *Johannis*) de *Epistola Jacobi* & *Jude* (in quibus propter inscriptionem Apostolicam dubium de Autore est inseparabile ab autoritate) durissimè pronunciatum ab Eusebio, tantumque abest, ut habitæ sint Apostolicæ & Canonicæ, ut potius numeratæ ἐν νόμῳ, inter libros ἀντιλεγομένας, sub nomine & mentito charactere Apostolico ab aliis editos, etsi paulatim in plurimis Ecclesiis sunt receptæ & lectæ, atque sic δεδημοσιωμένα. Augustinus illas *Apostolicas nominavit.* Nos & illam *Jacobi*, & hanc *Jude* Apostoli esse ex titulo, & autoritate Apostolica, & illam *Jacobi Alphaei*, ex tempore martyrii *Zebedæi*, colligimus, & visa duriora ex scopo, & collatione aliorum in illâ clarissimorum, conciliamus, atque sic utramque Canonicam agnoscimus, 2. *Petri*, Orientalibus inter ἀντιλεγομένας & suspectas, Occidentalibus inter ὁμολογημένας est habita, nec alius *Simæon*, Autor 2. quam 1. scil. utrobique *Petrus* Apostolus. Titulus

^{utrobique 101}
Presbyteri in 2. & 3. Johannis, non magis peremptorius est Autoris Johannis, illius filii conitru & Dilectionis Discipuli, quam cognomen Theologi prapositum Apocalypsi, ut frustra Dionys. Alexandrinus, utut concesserit esse ἀγίας λυγρῆς καὶ θεοπνευσίας, inde negaverit esse Johannis Evangelistae. Idem Johannes Apostolus, Evangelista, presbyter, Theologus. Apocalypsin Cerintho tribuere, haeticorum potius fuit, quam Catholicorum, unde & Aug. *Alogis haeticis tribuit, respicere Evangelium Johannis & Apocalypsin.* Latini magno consensu approbarunt: minis Orientales. Gregorius Nazianz. op. 2. p. 98. in γρηγορίου βιβλίοις τῆς θεοπνευσίας γεωφῆς numerat quidem, decasseteras Paulinas & septem Catholicas: sed de Apocalypsi tacet. Athanas. vel Autor Synops. ἀποκάλυψις, inquit, Ἰωάννης ὁ θεολόγος δεχθεὶς ὡς ἐκείνους καὶ ἐγχευθεὶς ἀπὸ πάντων ἀγίων καὶ πνευματοφόρων πατέρων. Hieron. Quarto decimo, inquit, anno secundam post Neronem persecutionem movente Domitiano, Johannes in Patmon, Insulam relegatus scripsit Apocalypsin. Antiquior his Irenaeus Polycarpi (qui Johannem vidit & docentem audiuit) Discipulus l. 5. adv. haer. c. 21. Johannes, inquit, Domini Discipulus testatur in Apocalypsi.

§. II. Potuit, sive apparens quaedam repugnantia, sive periculus quaedam a Manichaeis inserta, & apocrypha, ultimum in Marco Capitulum inde à v. 9. ad usque finem, nonnullis Patribus suspicium reddere, quod tamen, cum inepte, ex ignorantia phraseologiae Sacrae, & repugnantia inter Marc. c. 16. 12. 9. Matth. c. 28. 1. Luc. 24. 1. Joh. 20. 1. allegetur, & additamentum manifestè fuerit Manichaeicum, hoc particularibus quibusdā Codd. expuncto, vel solâ se majestate argumentorum tuetur, ut de ejus cum Autore, tum autoritate nemo nisi impius possit dubitare. Historia porro Luc. c. 22. 43. 44. de Angeliâ Christi patientis confirmatione, in ἀγῶνι passionali, & Sudore sanguineo, non ad fallacem humani ingenii ratiocinationem & opinionem, ac si illa κατὰ φύσιν indigna esset DEI filio, vel, contra ὁμοιοτύπων filii in eadē n. impassibili naturâ cum Patre, militaret pro Arianis: sed ad articulos fidei, & indubitata S. Scripturae loca, tanquam ad Lydium lapidem & rectam fidei stateram perpenſa & probata, pariter pro Canonica sua autoritate & θεοπνευσία loquitur, cui accedit consensus Universalis Ecclesiae, anathema decernens neganti Christum Ἰεσῆν ὁρῶν πῶν sanguinem sudasse. Historia Joh. 3. à v. 2. ad usq. v. 12. celebris semper in Ecclesia fuit, & tanquam Evangelica Johannis Scriptura

ptura omnium ore decantata. Locus denique i. Job. 5. 7. de tribus
resistantibus in celo lectus est, & legitur in optimis quibusque & vetu-
 stissimis Grecis exemplaribus, imò contra Arianos, illo celesti te-
 stimonio usus est B. Athanasius in Concilio Nicæno, citra interpo-
 sitam exceptionem contra illum velut hypobolimaum: quin & Ca-
 tena, & cohærentia textus requirit mentionem triam τῶν μαρτυ-
 ρῶν ἐν ἑαυτῷ in v. 7. atque sic ex internis characteribus, ex articu-
 lis fidei, ex certis Prophetarum & Apostolorum libris, discernimus au-
 rum Canonicum, sive pretiosum, à Villi, cum contra doctrina Pontifi-
 ciorum solâ nitatur autoritate, Ecclesiæ recentioris, vel Synodorum
Florentina & Tridentina, quibus semper contra dictum.

SECTIO III.

DE

AUTHENTICO, eodemq; PURO, non turbido

THESIS.

§. 1. Soli Hebræi, Veteris, soli Græci N. T. Codices
 summâ Dei providentiâ (α) etiam nunc Fontes sunt puri, ad
 quos, velut ad authenticas & originales Spiritus S. tabulas
 & Prophetarum ac Apostolorum *πρωτότυποι* omnes versio-
 nes, velut rivi à fontibus dependentes, sunt (β) examinau-
 da, & ubi opus, emendanda.

(α) Pl. 147. 19. 20. Matth. 27. 4. 6. c. 10. 18. Marc. 3. 17. c. 5. 4. 10.
 Rom. 3. 2. 3. c. 9. 4. (β) Joh. 5. 39. 47. Act. 17. 11.

§. 2. Antithesis (1) Synod. Trid. in decreto de editione *Sususa-*
rorum librorum statuit & declarat, ut hæc ipsa vetus *Vulgata editio*,
 quæ longo tot seculorum usu in ipsâ Ecclesiâ probata est, in publicis
 Lectionibus, Disputationibus, prædicationibus & Expositionibus pro Au-
 thenticâ habeatur, *Sut nemo illam rîgere quovis PRÆTEXTU audeat*
vel presumat. vid. Bellarm. l. 2. de Verbo Dei c. 16. (2) Greg. de Valent.
 T. 3. Disp. 1. Q. 1. punct. 7. §. 43. *Nullo modo Autores illi audiendi sunt,*
qui adhuc post concilium Tridentinum contendunt, posse etiam nunc
editionem vulgatam, per Hebraicos & Græcos Codices tanquam per
fontes, in locis aliquibus, quod ad ipsam sententiam attinet, emendari.
Non licet hoc facere: quin potius Græci & Hebræici Codices, sicuti à
nostrâ editione diffideant, per nostram corrigendi & emendandi sunt.
Nam hanc, Ecclesiâ peculiari definitione per omnia prædavit, non illos:
 quæ.

quonquam nec illos rejecerit, nisi ubi huic nostrae editioni fortè contradicerent. Gretserus l. 2. def. Bell. c. 11. *Falsum est, Latinos libros emendandos esse ex fontibus, non fontes ex Vulgatae editione Latina, si fontes in dogmate fidei vel morum à vulgatae editione dissentiant: nam tunc fontes tanquam turbidè fluentes expurgandi sunt ad Latinam Vulgatam editionem, de cujus in hâere genuino vero & legitimo sensu certissimos nos reddit concilij Oecumenici infallibilis auctoritas & sanctio.* Ceterùm ponimus hîc theses quasdam speciales.

S. 3. *Est I. Hieronymus non fuit Auctor Vulgatae Latinae, nec quoad totum, nec quoad partes.* Pro thesi hâc videantur S. Pagninus, qui in praef. ad Clem. VII. *Versio*, inquit, *Latina non est Hieronymi, & Paulus Foro sempron. Episcopus in eorum 3. arg. apud Bellarm. l. 2. de V. D. c. 9. & Bell. ipse ibid. Propos. 1. 2. 3. & §. quarta causa c. 10. arg. 2. II. Auctoritas Vulg. Latina non est authentica, nec per modum originalis instrumenti, nec transsumti.* Non posterius, quia est mixta, quaedam habet ex Luciano, quaedam ex Theodotione haeretico, quaedam ex alio interprete innominato. *Stultum autem videtur dicere Theodotionem haeticum non potuisse errare &c.* vid. Bell. l. 2. d. V. D. c. 11. *III. Longus tot seculorum usus, testimonia veterum, authentica Scriptura Hebraeorum in V. T. Graeca in V. T., quoad editionem LXX, & in Novo Test. quoad ipsos primos fontes, ignorantia linguarum Clericalis, dissensus editionum, sive periculum variarum interpretationum, non probat necessitatem Scripturae authenticae in linguâ Latina.* (Conf. argumenta Bellarm. l. 2. de V. D. c. 10.) cum & Vulgata Latina per tot secula obtinuerit, ante Decretum Tridentinum de Latinâ authenticâ habenda, & hunc in finem priùs accuratissimè imprimenda, & sic vel 46. annis authentica declarata fuerit antequam impressa, quod factum sub Cl. IIX. *IV. Soli fontes Hebraei in V. T. archetypi sunt & incorrupti, nec turbati, praesertim in iis quae ad fidem & bonos mores pertinent, vel ante vel post natum Christum, vel à Judaeis vel ab aliis:* vid. Bellarm. l. 2. de V. D. c. 2. *Nec loca Isa. 9. c. Jer. 23. 6. Ps. 19. 4. cum Rom. c. 10. 18. Exod. 2. 22. probant corruptos fontes.* *V. Editio Graeca Nov. Test. est authentica & incorrupta.* *Loca 1. Cor. c. 7. 33. c. 15. 47. Rom. 12. 11. & formula Glorificandi DEUM in Orationis Dominicae clausula, proposita in Matth. 6. 13. non probant contrarium vid. Bell. l. 2. de V. D. c. 7.*

ptura omnium ore decantata. Locus denique 1. Job. 9
restantibus in celo lectus est, & legitur in optimis quibu
fissimis Grecis exemplaribus, imò contra Arianos, il
stimonio usus est B. Athanasius in Concilio Nicæno, c
sitam exceptionem contra illum velut hypobolimaum
tena, & coherentia textus requirit mentionem trium
ἐστὼν ἐν ἑαυτῷ in v. 7. atque sic ex internis caracteri
lis fidei, ex certis Prophetarum & Apostolorum libris, di
rum Canonicum, sive pretiosum, à VIII, cum contra do
ciorum solâ nitatur autoritate, Ecclesiæ recentioris, vel
Florentina & Tridentina, quibus semper contradictum.

SECTIO III.

DE

AUTHENTICO, eodemq; PURO, no

T H E S I S.

§. 1. Soli Hebræi, Veteris, soli Græci N.
summa Deiprovidentiâ (α) etiam nunc Fontes
qvos, velut ad authenticas & originales Spirit
& Prophetarum ac Apostolorum *περιωριστοι* om
nes, velut rivi à fontibus dependentes, sunt (β)
dæ, & Ubi opus, emendanda.

(α) Pl. 14.7. 19. 20. Matth. 27. 4. 6. c. 10. 18. Marc
Rom. 3. 2. 3. c. 9. 4. (β) Joh. 5. 39. 47. Act. 17. 11.

§. 2. Antithesis (1) Synod. Trid in decreto de edi
torum librorum statuit & declarat, ut hæc ipsa vetus
que longo rotæ seculorum usu in ipsâ Ecclesiâ probata
Lectioibus, Disputationibus, prædicationibus & Exposi
thenticâ habeatur, & ut nemo illam rejicere quovis Pra
vel presumat, vid. Bellarm. l. 2. de Verbo Dei c. 16. (2) C
T. 3. Disp. 1. Q. 1. punct. 7. §. 43. Nullo modo Autores. illi
qui adhuc post concilium Tridentinum contendunt, pe
ditionem vulgatam, per Hebraicos & Græcos. Codices
fontes, in locis aliquibus, quod ad ipsam sententiam at
Non licet hoc facere: quin potius Græci & Hebraici C
nostrâ editione distideant, per nostram corrigendi & v
Nam hæc, Ecclesiâ peculiari definitione per omnia per o.

